# Band III., Nr. 660, Seite 136-137

*Bischof Otto von Würzburg beurkundet die zwischen den Gebrüdern Konrad und Gottfried von Hohenlohe und dem deutschen Hause der heiligen Maria in Jerusalem getroffene Übereinkunft wegen des dem letzteren zugesicherten Zehntens in Mergentheim.*

## Ohne Ortsangabe, 1222. Juni 22.

Otto, dei gratia Herbipolensis ecclesie episcopus. Fidelis est litterarum custodia, que rerum seriem eloquitur evidenter et emergentibus calumpniis firma obviat veritate. Hinc est quod ad omnium tam presentium quam futurorum cupimus noticiam pervenire, quod cum Andreas nobilis de Hoenloch, divine providentie consilio inspirante seculo renuntians, ad domum Teutonicam sancte Marie in Ierusalem proponeret se transferre, Godefridus et Cůnradus fratres ipsius, ne feoda sua ab ipsis alienarentur, inter cetera promissa, sibi iuramenti cautione et fidei confirmata, hoc specialiter promiserunt: quod decimam in Mergentheim, pro triginta quatuor talentis estimatam, quam ab Herbipolensi ecclesia iure tenent feodali, predicte domui cessuram libere et perpetuo ordinarent. Quod si forte non possent, renuente Herbipolensi ecclesia, obtinere, eamdem decimam, que tamen sepefate domui iam deservit, ubicumque iam dicte domus fratribus placitum et conveniens videretur, proprietatibus et allodiis suis, uno talento plus annuatim solventibus, conmutarent. Quoniam vero hec conmutatio effectu caruit, donec Godefridus et Cůnradus supradicti peregrinando apostolorum proposuerunt limina visitare, idem, metuentes animarum ipsorum saluti grave periculum generari, si per eorum negligentiam inpedimentum aliquod in eadem decima domui emergeret antedicte, subscriptis illam proprietatibus et allodiis conmutarunt: Werenbrehtishusen cum omnibus pertinentiis, proprietate quam habent Eberhardisbrunnen, Rawege[1] cum omnibus pertinentiis, mol*a*ndino quod dicitur Holz*in*vlen[2], proprietate in Luthenbach, Holenbach cum iure patronatus ecclesie et omnibus pertinentiis, Acendorf[3], Igelstrut, Wacchebach, cum omnibus pertinentiis. Quod si Godefridus et Cv̊nradus peregrinatione completa redierint domino concedente, decimam premissam apud ecclesiam Herbipolensem elaborabunt optinere domui pretaxate, quam si de voluntate et

[1]Rawege nach Das Königreich Württemberg Bd. 3, S. 574 wohl Rabichs- oder Rohhof (Gem. Weikersheim), was der Lage nach wohl passen würde.

[2]Holzmühle (die Urkunde hat wirklich „holzinvlen“) kann nicht fern von den vorigen und den folgenden Orten gewesen sein. Der Name Holzmühle ist verschwunden.

[3]Acendorf, der abgegangene und noch in dem Namen einer besonderen Markung von Hollenbach erhaltene Ort Azen- oder Zazendorf (Ozendorf).

consensu ecclesie iam dicte non poterunt optinere, proprietates pretitulate et allodia domui libere deservient sepedicte, et si in estimatione eiusdern decime premissa defectus aliquis in bonis fuerit norainatis, a Godefrido et Cůnrado fratribus est supplendus. Si quid vero superhabundaverit, fratres domus restituere hoc tenentur. Ut autem super hiis nulli dubium oriatur, presentem tam nostro quam ipsorum sigillis fecimus paginam communiri.<br> <br> Huius rei testes sunt: Albertus cellerarius, Heinricus port*a*narius, Cv̊nradus de Cvlenberc, canonici Herbipolenses; laici vero: Heinricus de Rodenvels, Wasmůdus de Speckevelt et Cv̊nus filius eius, Hertwicus magister coquine, Cv̊nradus de Erlach[4], Otto de Stamheim, Marquardus Crispus, Eckehardus Pullus et alii quam plures.<br> <br> Acta sunt hec anno dominice incarnationis M$^{O}$. CC$^{O}$. XXII$^{O}$., X$^{O}$. kalendas Iulii, anno pontificatus nostri XVII$^{O}$.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An Pergamentstreifen hängen drei Siegel von gewöhnlichem Wachs. In der Mitte das Siegel des Ausstellers, heraldisch rechts das Siegel von Gottfried, links das von Konrad von Hohenlohe; das letzte Siegel zerbrochen. Es sind die zu Urkunde Nr. 622 (WUB, Bd. III, S. 90) und Nr. 624 (WUB, Bd. III, S. 94) beschriebenen Siegel.

[4]Erlach, Ochsenfurt, WÜ oder Erlach am Main, Neustadt am Main, MSP ?

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
StA Ludwigsburg

**Signatur/Titel des Originals:**
B 249 U 8

**Überlieferung und Textkritik:**
Original. Abschrift in der Sammlung Breitenbach: StA Ludwigsburg JL 495 Nr. 18.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Ohne Ortsangabe

**Aussteller:**
Otto I.; Bischof von Würzburg (1207-1223)

**Ortsindex:**
Bad Mergentheim Wohnplatz (3643)<br> Bad Mergentheim, TBB<br> Collenberg, MIL<br> Ebertsbronn Wohnplatz (3826)<br> Ebertsbronn, Niederstetten, TBB<br> Erlach am Main, Neustadt am Main, MSP<br> Erlach, Ochsenfurt, WÜ<br> Hohenlohe, Simmershofen, NEA, W<br> Hollenbach Wohnplatz (2504)<br> Hollenbach, Mulfingen, KÜN<br> Holzmühle<br> Igelstrut Wüstung (25752)<br> Igelstrut, Bad Mergentheim, TBB, W<br> Jerusalem, Israel<br> Laudenbach Wohnplatz (3879)<br> Laudenbach, Weikersheim, TBB<br> Ozendorf Wüstung (21986)<br> Ozendorf, Mulfingen, KÜN, W<br> Rawege<br> Rothenfels, MSP<br> Speckfeld, Markt Einersheim, KT<br> Stammheim, Kolitzheim, SW<br> Wachbach Wohnplatz (3662)<br> Wachbach, Bad Mergentheim, TBB<br> Weikersheim Wohnplatz (3887)<br> Weikersheim, TBB<br> Wermutshausen Wohnplatz (3851)<br> Wermutshausen, Niederstetten, TBB<br> Würzburg, WÜ